



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtili Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

30. Stella eum ad locum, ubi tumulandus erat, præcedit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

tractasti, & pugnasti fortiter. Satis pro te vulnera loquuntur, quæ accepisti. Missionem dare tibi cogitat summus Imperator, & per portam triumphalem admittere ad palmam & coronam. Interea tamen, ut ne simul animo & corpore deleas, ecce medicinam. Mitte ad vicinam feminam, religiosam illam & eleemosynariam, qui roget eam nomine IESU Filii mei panem recentem (hodie pinsuit) quem intinctum in fontanam sume, & è lecto surge. Dictum, factum. Panem sumit & vires pristinas: quas & aliis deinde cum eodem oppidò multis agris dedit. Subinde prodigiis à celo maximis sanctitas ejus illustrata est. Cum enim noctis solidam partem aliquando inter preces transigisset, prehensus a dulci somno, vidit per quietem astrum quoddam ingens ac luminosum ex *castris S. Angeli* procedere, & præcedere sese ad illam usque aram, ad quam facere, & preces dicere solitabat, ibique radium suum figere: postea Tolentinum accurrere ex variis lon-

& morbo
medicinã
ostendit.

30.
Stella eũ
ad locum
ubi ru-
mulus
erat, præ-
cedit.

longeque diffitis regionibus densam peregrinorum multitudinem hoc lumine quasi evocatos. Cumque visum hoc per alias aliasque noctes simile semper recurreret, veritus lemorum aliquod esse nugamentum, pio cuidam & prudenti Fratri id familiariter aperuit: qui fatidico spiritu; Hic, ait, splendor sanctitatis tuæ & tumuli index est, quo post fata requiesces. illuc porro miraculis tuis exciti convolabunt undequaque homines invisit alias, meritis tuis in sanitatem, pro qua supplicabunt, restituendi. NICOLAUS ad tam inexpectatum præfagium attonitus, ut erat animo demisso; Apage, inquit, non rectè mi Frater divinasti: ego Domini mei IESU Christi inutilis servus sum, quare aliud à cælo & verum interpretamentum expectabo. Neque multum temporis abiit, cum ingressus templum videt antambulonem illum radium ad aram præire: quem ubi deinde vidit quotquot diebus, facile intellexit non aliam esse stellam, atque in somno

A 3

vide-

viderat. Cupidus ergo veritatem
intueri propius repetit ædem sa-
cræ, videtque iteratò anteire cæ-
lestem ignem. Vertit se inde, & ad
templi propylæum prodeambulat,
sed absque lumine: redit ad aram,
& ecce iterum radium cæli præ-
vium. Cùm ergo multis antè annis,
quàm vitâ defungeretur, id conti-
nuò observasset, extremum de-
cumbens rogavit Fratres suos, ut
mortuum id loci conderent. Eius
gloria miraculi deinceps perpetua
fuit. nam quo obiit die, lux ista visi
quotannis illic splendere, & accu-
rentium peregrinorum oculos præ-
stinguere.

31.
Christum
spectabi-
lem; An-
gelos fa-
miliares
habet.

Enimverò aliis multò maximis
ad eandem aram inter precandum
solatiis perfusus est: quando Ange-
los familiares habuit, quos auribus
suis delicias facere crebrò audit, &
modulis accinere supra omnem
musicam nostram suavissimis; ipse
Servator non semel adspectabilis
eum recreavit; mundi denique Re-
gina, Cælitum denso agmine comi-
tata cinxit, & rotum gaudiis cæle-
stibus